AMPLISSIMO AC PRESTANTISSIMO VIRO RA-

PHAELLI A CERVERA CIVI HONORATO, CIVITATIS BARCINONE, AC EXCELLENTISSIMI DVCIS CESSÆ ET VAHENAE PROCVRATORI GENERALI FIDELISSIMO, SVVS

Hieronymus Sabadia has Medicas assertiones D.& C.

Dedico à vos señor, mi Medicina,
A vos lleua por Norte mi Galeno:
Vos recebidlo, pues a vos camina,
Con rostro afable, placido y sereno.
Por no agrauiar la fe que en vos se afina,
Largas arengas con razon cerceno:
Que à la bondad bastalle breue carta,
Nos enseñaron Madalena y Marta.

1 GALENVS Medicorum omnium facile princeps diffiniuit elementũ per minimã particulam illius mixti, cuius est elementũ, ad cuius generationẽ duo suficiunt cõmunia elemẽta binas in summo qualitates habentia. De elementis verò proprijs res est distincta, quæ quatuor sunt necessaria ad constitutionẽ massę, in hepate ab eodẽ calore generationẽ habentia. an vero in venis actu vel potestate inueniantur prõblematice deffendemus.

2 TRia sunt quę corporibus prẽter naturã accidere possunt (morbus qui à prima conformatione dari nõ potest neq; causam habere continentẽ) affectus est prẽter naturã primo lędẽs actionẽ. Causa morbi quadruplex est & à medico vnaquęq;

7 CRISSIS natnra & essentia in subita muratione cõ sistit quę vt optima censeatur in statu celebranda est. Non licet in morbis tempora ex signis coctionis & cruditatis distinguere semper, sed ex vehementia sympthomatũ. Morbi salubres quatuor tẽpora pertrãseũt quod nõ accidit in morbis lethalibus; plura tẽpora in morbis sunt consideranda, coctionis, & cruditatis, sympthomatũ, & fluctionis quę maior est in statu quã in principio & aumento.

8 PLeuritis duplex est, altera vera, altera non vera, Rursus vera alia exquisita, alia non exquisita; veræ pleuritidis signa pathonomonica quinario numero conprehenduntur, in cuius principio sanguis est mittẽdus reuultionis, & euacuationis gra

dēs actionē. Causa morbi quadruplex est & à medico vnaquęq; consequitur in quę [illegible] cum cōmodo animalis fieri non potest.

3 VRina quæ nullius coctionis est excrementum; & secūdæ coctionis esse potest excrementū, constat triplici substantia in qua tria considerantur substantia, color, & contentum optimi verò colores sun tres præter naturā verò octo, & licet in his colores niger, & liuidus comprehendantur vrina tamen liuida quandoq; bona esse potest, quemadmodum vrina nigra multoties pessima est.

4 QVāuis pulsus duplici cōstet motu contrario dilatationis & cōpressionis; ab vnica tamen facultate isti duo motus contrarij fieri possunt, duæ etiā quietes ibi reperiuntur propter eundem finem. Differentiæ verò pulsus tam simplices quā cōpositæ variæ sunt; an verò inter pulsum vehementē & languidū detur pulsus medius problematice defendemus.

5 FEbris cuius natura recte à Gal. declaratur per cōuertionē nātiuę caliditatis in igneā naturā in solo calore pręter natura cōsistit in substantia cordis sedē habens, quæ de necessitate est constituendū vnicū inhesionis & denominationis subiectū; tres essentiales dātur differentiæ febriū diaria, putrida & hectica, diaria solū per accentionē spirituū constituitur, & sic quamuis spiritus possint putrefieri, non tamen diaria pestilens à nobis conceditur.

6 FEbris lēticularis, & febris purpurea (licet maximè distinctę ambæ tamē cōmuniter grassantes præsenti anno in hac nostra ciuitate) non sunt ex genere pestilentiū, vndę non laudo illarū curatione alexipharmacorū vsum, nec tā frequentē sanguinis missionem quemadmodū in alijs febribus; maculæ verò quæ in cute apparent nullā admittere curationē existimans.

9 PHrenitis est dilirium continuū cum febre acuta, & est affectus lethargo secūdū spetiē cōtrarius. In cuius curatione in principio reuellendus est humor ad inflamationē fluēs, tum sanguinis missione ex cephalica, tum cucurbitulis cū escarificatione, repellendus quæ est humor remedijs bregmati aplicatis, atq; pro tēporibus fluctionis est variandus medicamentorū vsus.

10 APoplexia est priuatio sensus & motus in toto corpore propter impeditū transitū spirituū animaliū facta, cuius duæ sunt ex Hyp. differentiæ, fortis vna quā soluere est impossibile, debilis altera quę nō facile curatur, in cuius curatione sanguis statim est mittendus quamuis cruditas sit vētriculi & primarū venarum, acres clysteres, & fortes ligaturæ maxime pro desse possunt, quāuis partes corporis sensu omnino distituātur.

11 CHolera morbus est ventris perturbatio in qua natura rē infestantē superne per os, & inferne per aluum expellit, à duabus causis ortū habet nempe à corruptione alimēti, vel à bile acri & mordaci à venis hepatis, & totius corporis fluente ad ventriculū, quod sympthoma nō est illico supprimēdū, nec statim roborātibus vtēdū donec morbi causa sit foras expulsa.

12 VIctum humidū febricitantibus, pueris, & naturis assuefactis competere dixit memorandus vbiq; senex Hyp. sed an omnis victus humidus febricitantibus omnibus conueniat, non caret difficultate; quacunq; tamen ratione sit ipsis semper conuenire existimamus, non solum præcautionis gratia vt voluit Vallesius, sed ratione curationis sumpta indicatione à febris natura.

GRAVISSIMORVM DOCTORVM ARGVMENTA DISsoluet Hieronymus Sabadia prima Philosophiæ laurea insignitus, pro B. gradu consequendo: cui præerit Franciscus Nogues eximius Medicinæ D. ac vespertinus interpres subtilissimus: dies certaminis erit 12. mensis Octobris, Anno Domini 1615.

Vt. I. Bvptista Garber D. D. & Offi. Gen.

Vt. Stephanus Esmir D.D. pro Rect. Vni. eiusdemq; interpres Prior & collega Collegij veteris.

Ilerdæ Apud Ludouicum Manescal.

452